Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8277
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Agitur de quinque plagis. Ostendit etiam quod numquam in crucis signaculo panis
separatur a calice nisi in separatim notantur in canone. Quare post
consecrationem signa fiant super eucharistia. Ubi distinguitur inter verbum et signum.
De figuris novi sacrificii que precesserunt in veteri testamento. Ubi tamen
in offerentibus quam in oblationibus similitudo notatur.
De signis que secundo loco fiunt super oblata et calice. Ubi agitur de Christi
oratione, de proditione, de vinculis et flagellis, de spinis et alapis.
De profunda verborum illorum intelligencia. Iube hec perferri per manus
sancti angeli tui. Ubi agitur de ministerio angelorum qui semper in sacrificio presentes existunt.
Distinguitur etiam multiplicitas diversorum altarium.
De memoria defunctorum. Ubi agitur quare mortui in sacra scriptura sompno comparantur.
De secunda commemoratione sanctorum. Ubi docet quare Johannes exceptus
et quare Steffanus sociatus Johanni, Mathie et Barnabe.
De signis que quinto loco fiunt super corpus et sanguinem et in latere calicis. Ubi
agitur de crucifixione que facta est iudeorum linguis hora tercia. Et de crucifixione que facta est hora sexta manibus gentilium. De extensione
manuum salvatoris. De tribus cruciatibus quos Christus sustinuit.
De aqua et sanguine que de latere Christi fluxerunt. De scissione
veli. De sepultura Christi. Quare panem sacrificium exalta-
De saxo advoluto ad hostium monumenti. Ostendit etiam quare dyaconus mensam altaris et armum pontificis osculatur. Quare prologus
de nuo et oratione signorum que fiunt super oblata et calice.
De vocis expressione et pectoris tunsione. De oratione dominica
ubi agitur de dignitate orationis. Ad quid valeat vocalis oratio. Pro
quibus orandum sit. De numero peticionum et ordine. De adaptatione peticionum et donorum virtutum et beatitudinum. De
captatione benivolencie. De triplici malo a quo petimus liberari.
De diversis temptationibus in quas petimus nos induci. De tribus debitis
que petimus nobis dimitti. De quinque panibus quos petimus nobis dari.
De voluntate dei quam ita sicut in celo fieri postulamus. De regno
dei quod petimus advenire. De sanctificatione nominis patris. Et
quatuor modis sanctificatur in filiis duobus in via et duobus in
patria. Et duplex ordo notandus est in oratione dominica. Unus in descendendo qui concordat cum donis. Et alter in ascendendo qui convenit
cum virtutibus. Ostendit etiam quibus oratio dominica post canonem super hostiam
consuevit recitari. De silencio post orationem dominicam
ubi agitur de quiete dominice sepulture. Et de descensu salvatoris ad inferos.

De signis que tercio loco fiunt super oblatam

Unde et memores | nos domine tue plebs. Ut hoc in sui memoria